

30

~~G. W. 27.~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

*VI-26.*

SIGNAT. ciobcccxiij.

*Stückzettel erled.  
11. XII. 1949.*



Quod summus J E H O V A cœli terræq; Dominus felix ac fortunatum esse jubeat.

DISPUTATIONUM ETHICARUM  
P R I M A M,

*De*

SUMMO BONO

POLITICO,

In Inclyta & Celeberrimâ Academia Wittebergenſi

*defendet ac propugnabit*

ILLVSTRIS ET MAGNIFICUS  
DOMINUS, DN.

CASPARUS SZUNIOGH de IES-  
SENITZE LIBER BARO in  
BUDETHIN, &c.

PRÆSIDE,

*Clarissimo Philosopho*

Dn. IACOBO MARTINI,  
Logicæ & Philoſophiæ Practicæ Profef-  
fore publico.

*Ad diem 9. Julij.*

WITTEBERGE,

---

E Typographéo Iohannis Gormanni Anno M. DC. XIV.

ILLVSTRI AC MAGNIFICO  
DOMINO,  
Dn.

MOISI SZUNIOGH de IES-  
SENITZE, L. Baroni in Bu-  
dethin, &c. Dn. Parenti suo sum-  
mâ observantiâ profe-  
quendo,

*Hasce Conclusiones Ethicas, priva-  
te velitationi propositas*


IN

Academici exercitij σύμβολον, perpe-  
tuæ observantiæ tesseram,  
gratiq; animi testamen.

D. C.

CASPAR SZUNIOGH,  
Respondens.





*Disputatio I.*

**E T H I C A.**

**Thesis I.**



Uas esse Philosophiæ partes, θεωρητικῆν sive contemplativam unam, πρακτικῆν sive activam alteram; illiusq; cognitionem, hujus actionem finem rectè constitui (a) qui inficiatur, solem in meridie negat.

(a) *Arist. lib. α. minor. Metaph. c. 1. t. 3. & lib. 1. Eudem c. 1.*

**II.**

Nos cum de Theoretica Philosophiæ parte partim hætenus egerimus, partim alibi adhuc acturi simus: ad Practicam, & potissimum Ethicam, nunc divina favente gratia accingemur: cum præsertim hæc non τῆς Πραξιῦν ἢ γνώσεως ἕνεκα suscipiatur (b) sed ut boni inde efficiamur, bonumq; in hac etiam vita (c) verum consequamur.

(b) *Arist. lib. 1. Eth. Nicom. c. 3. & lib. 2. eor. c. 4. & lib. 10. eor. c. 9. & lib. 1. M. M. c. 1. & lib. α. minor. Metaph. c. 1. t. 3. (c) idem lib. 2. Ethic. Nicom. c. 2.*

**III.**

Est igitur Ethica disciplina, omnibus & singulis hominibus bonè beateq; vivendi rationem præscribens.

**IV.**

Disciplinam hic finimus Ethicam: quia eam consideramus ut præcepta tradit, secundùm quæ habitus rectè vivendi formari debet.

A 2

Addi.

ICO

ES-  
BU-

riva-

perpe-  
eram,  
en.

OGH,



## V.

Addimus: omnibus & singulis. In Ethicis enim Nicomachicis elementa Politicæ & Oeconomiac (d) traduntur: & virtus patrisfamilias & virtus civis conveniunt in virtute boni viri, de qua in Ethica (e) traditur.

(d) lib. 1. M. M. c. 1. latè Piccolom. in introd. ad civil. Philos. c. 7. & 8. (e) 7. Polit. 2. Zuing. in Proæm. Ethic. circa finem. Piccol. grad. 10. c. 3. & 4.

## VI.

Unde nata civilis disciplinæ divisio est in communem & propriam; ita quidem; ut illa de moribus universè sumptis agat, & in genere monstret, quodnam sit officium viri boni: cujusq; tandem status & ordinis is sit, Ethicæq; absolvatur: Hæc ad singularia descendat & præcepta communia Societatibus Politicæ & domesticæ accommodet.

## VII.

Unde & illud sequitur; ordine cognitionis Ethicam priorem esse Politicam & Oeconomicam; & nos quoq; disputationum practicarum ab illa jure initium facere.

## VIII.

Cæterum in Practicis disciplinis tria præcipuè sunt cognoscenda Subjectum, Media, & Finis, (f)

(f) 1. post. analyt. Zabarell. 1. de method. 15. & lib. de trib. prælog. cap. 1.

## IX.

Subjectum statuimus τὸ ἀνθρώπινον (g): quod remotè hominem sive acomen hominis, aliter tamen quàm in Physicis consideratum, dicimus: (h) propinquius verò actiones humanas sive mores (i)

(g) Arist. lib. 10. Eth. Nic. (h) Simon 1. Eth. p. 6. (i) Piccol. introd. c. 4. & 5.

## X.

Media, quæ sunt virtutes, sequentibus disputationibus, ubi singulas lustraverimus, manifesta fient.

## XI.

In actionibus quoq; humanis quendam summum finem esse, omninò est necessarium: ne appetitus noster unum finem propter & post alium expetendo in infinitum, à quo natura maximè ab-

abhorret, progrediamur, vanus & irritus, frustra; quod absurdum, nobis datus esse dicatur, (k)

(k) lib. 1. Eth. Nicom. 2.

XII.

Hic verò finis ultimus, qui propter se & propter quem omnes alij intermedij expetuntur (l) perpetuò bonus esse debet: unde τὸ πᾶσι καὶ τὸ ἀγαθόν idem esse dicit Philos. (m)

(l) lib. 1. Nic. 1. & 7. l. 1. & 2. de caelo. 1. de gen. & corr. c. 1. 2. Metaph. 2. t. 3. & 4. Metaph. 2. t. 2. (m) lib. 1. Eth. Nic. c. 1.

XIII.

Hunc ergò finem investigabimus secundum quatuor quaestionum (n) genera; An, quid, quale, & cur sit.

(n) Arist. lib. 2. Post. Analyt. c. 1. t. 1.

XIV.

Cùm autem cognoscere τὸ ἄριστον non possit, qui ignorat (o) εἰ εἰ ἄριστον: quaestionem, An sit summum bonum, meritò præponimus: idq; esse, sequentibus evincere licet rationibus.

(o) Arist. lib. 2. post. Analyt. c. 7. t. 39. & cap. 10. cor. t. 44.

XV.

Prima continet inductionem omnium eorum, quæ de homine fiunt: Singula, quæ hominis sunt, ad aliquod bonum tendant, necesse est: Ergò summum bonum, ad quod aspirant universa, constituendum erit: Antecedens probatur (p). Cum enim omnis ars ad aliquod tendat bonum: Omnis etiam methodus & doctrina: Ergo omnis actio tendit ad aliquod bonum.

(p) Arist. lib. 1. Ethic. Nicom. c. 1.

XVI.

Altera ratio continet autoritatem veterum, definientium, bonum id esse ἡ πᾶσι (q) ἐπίσταται. Hoc verò bonum finis rationem habere, quis non videt. Atqui unus finis altero præstantior existit. Alius enim est ipsa πρᾶξις, & cum eadem manet: alius ἐπιποίησις & aliquod opus relinquit, post actionem superstes. Ex his igitur finibus cum alius sit nobilior, ignobilior alius; nobilissimus tandem aliquis & ultimus sit, oportet.

(q) Arist. lib. 1. Ethic. Nicom. c. 1. lib. 1. M. M. cap. 1. l. 1. Rhetor. ad Theodast. c. 6. 12. 7. lib. 1. Polit. c. 1.

A 3

Tertia

XVII.

Tertia sumitur à propria affectione singularum actionum: quæ est quòd habeant & certos fines propositos; & quod sapiùs diversi isti diversarum actionum artiumque fines ad unum aliquem principalem referantur finem. Unde consequitur, eadem ratione actionum humanarum omnium summum aliquem finem constituendum & defendendum esse.

XVIII.

Porro quæstioni *εἰ δὲ*, adhuc tres adhærent. 1. Cujus sit scientiæ hoc bonum quærere. 2. quæ sit ratio & methodus docendi. 3. Qui veri sunt auditores Ethices sive doctrinæ de summo Bono.

XIX.

Ad primam respondemus; Bonum illud nostrum *ζητέμα* esse politicæ: Ratio; quia hæc præstantissima est; ideoque præstantissimi etiam finis inquisitio & explicatio ad eam pertinet. Unde & à Philosopho nostro *δεξιτεκτονική (r) καὶ κυριώτατη* appellatur: cum omnibus cæteris scientijs ac disciplinis imperet: cum honoratissimas suo complexu contineat scientias: & omnium aliarum artium & scientiarum fines ad finem(s) hujus sint referendi.

(r) lib. 1. Eth. Nicom. c. 2. lib. 6. eor. c. 8. lib. 1. M. M. cap. 35.

(s) lib. 1. Eth. Nicom. c. 2. lib. 1. M. M. cap. 2.

XX.

Deinde Methodus & ratio docendi huic Philosophiæ parti conveniens est popularis ac probabilis *παχυλῶς καὶ τύπω* rem demonstrans. Quia enim res *κατὰ τὴν ὑποκειμένῃ ἕλῃ* discerni & tractari oporteat, & verò mutabilis incertaque sit natura morum; verisimilibus quoque & contingentibus duntaxat Aristoteles utitur: quanquam demonstrationes quoque interdum ac non nisi à posteriore deductas inspergit.

XXI.

Auditores tandem Philosophus admittit omnes, qui per varios vitæ casus edocti, omnes animi perturbationes constanter perferre queunt: ideoque pueros ab hac disciplina excludit: non tamen generaliter omnes, nec eos saltem qui ætate pueri sunt; sed qui affectus ipsi regere, aut alijs obtemperare (r) nolunt.

(r) Arist. lib. 6. Eth. Nicom. c. 8. lib. 1. Rhetor. ad Theod. c. 10. lib. 7.

Phys.



*Phys. c. 3. t. 20. lib. 8. Eth. Nicom. c. 3. & lib. 10. cor. c. 9. lib. 2.  
Rhetor. ad Theod. c. 12. lib. 3. Top. c. 2. lib. 1. Eth. Nicom. c. 3.*

**XXII.**

Sequitur quæstio τὴν Ἰσ: cujus cognoscendæ causa traditur τὴν Ἰσ.  
definitio (u) Interim quid nomen significet prætermittendum  
non est. (x) De quo quidem controversia nulla est; cum in eo om-  
nes ferè periti pariter & imperiti consentiant; (y) idem esse  
*ὁ αὐτὸν, ὁ πρὸς ἑαυτὸν, ὁ δαίμονες.*

(u) *lib. 6. Top. cap. 3. lib. 2. Post. c. 13. t. 72. (x) lib. 2. Post. c. 7. t. 7.*

(y) *lib. 1. Eth. Nicom. c. 4. lib. eod. c. 8. lib. 1. M. M. cap. 4. lib. 2.  
Ethic. Eudem. cap. 1.*

**XXIII.**

De re verò ipsa disputatio est gravior, cum id alij in voluptate,  
alij in divitijs, alij in honore, alij in alijs rebus posuerint.

**XXIV.**

Verùm turpiter lapsi sunt. Quod enim voluptas summum  
bonum esse nequeat, sic refellit Philosophus: Nihil, quod nobis  
cum brutis commune est, potest esse summum bonum hominis.  
sed voluptas est nobis cum brutis communis. Ergò, &c.

*Arist. lib. 1. Ethic. Nicom. c. 4.*

**XXV.**

Sic honori dignitatem istam præripit Aristoteles hoc modo:  
Summum bonum intra nos est, & difficilimè nobis eripi potest.  
At honor est extra nos.

*Arist. lib. 1. Ethic. Nicom. c. 5. lib. 1. Eudem c. 5. Seneca libr. de vita  
beata cap. 5. Plutarch. in lib. contra volupt.*

**XXVI.**

Divitias quoq; rejicit, quòd violentæ sint, & non per se, sed  
propter aliud expetantur.

*Arist. lib. 5. Eth. 5. Cic. Tuscul. ult.*

**XXVII.**

At in Idea Platonica quí consistere vera felicitas possit? cu-  
jus bona prius habent & posterius: in diversis sunt Categorijs &  
Scientijs: eandemq; cum Idea habent definitionem, Idearum *περὶ  
νόματα* explodimus.

*Arist. lib. 1. Post. c. 18. t. 35.*

XXVIII.

Neq; virtutem ut ultimum assumimus finem: quia habens beatitudinem actu est felix: habitus autem virtutis potest esse otiosus propter impedimenta corporis, aut ob alia fortunæ obstacula,

*Arist. lib. 1. Nicom. c. 5. lib. 1. Eudem. c. 5. lib. 10. Eth. Nicom. c. 6. Cic. libr. 3. de fin.*

XXIX.

Adhuc quid summum bonum non sit, à nobis, ex veterum placitis expositum; reliquum est, ut quid revera sit κατὰ φύσιν κῶς proponamus & exponamus.

XXX.

Duas hic Philosophus adfert definitiones: quarum prior est τῆς ποιότητος, ostendens, quale bonum sit Beatitudo: posterior τῆς οὐσίας ἢ τῆς πράξεως, essentiam illius declarans: hæc οὐσία οὐσίως. illa ἐννοηματικὸς dici potest.

XXXI.

Quod ad priorem attinet, ea ita se habet: Ἐυδαιμονία ἐστὶν εὐεργεσίαν καὶ τελειότητα τῶν πρακτικῶν ἀγαθῶν.

*Arist. lib. 1. Eth. Nic. c. 7. l. 10. Eth. c. 9. & lib. 2. Eudem c. 1.*

XXXII.

Definitio accuratior & essentialis est: εὐδαιμονία ἐστὶν ἐνέργεια τῆς ψυχῆς λογικῆς κατ' ἀρετὴν ἀρίστην καὶ τελειοτάτῃ ἐν βίῳ τελείῳ.

*lib. 1. Eth. Nicom. c. 7. lib. 1. M. M. cap. 4. lib. 2. Eth. Eudem. cap. 1.*

XXXIII.

Ubi notetur, quod ab hisce definitionibus veterum etiam Philosophorum non omnino discedunt sententiæ, qui vel virtutem vel voluptatem, vel prosperam fortunam, felicitatem summam statuerunt. Nam virtutis actio σὺν ἀνδρὶ κτήσεως nec sine habitu esse potest (2) summum verò bonum & honestissimum est, quod virtutis: & jucundissimum, quod voluptatis,

(2) *Arist. lib. 7. Eth. Nicom. c. 13. & lib. 9. eor. c. 9.*

XXXIV.

Neq; externa corporis aut fortunæ hic excluduntur bona. Illa

Illa enim quanquam non sint pars seu de essentia felicitatis : ὡς ἐ-  
λιμα καὶ ἐξωτέροια tamen, instrumenta atq; ornamenta ejus sunt.  
Arist. lib. 2. M. M. cap. 8. lib. 7. Ethic. Nicom. cap. 13. & lib. 1. Rhet.  
c. 6. & 1. Polit. c. 5.

XXXV.

Hæc porrò felicitas non casu quodam aut fortuito obtingit  
hominibus : sed causam ejus efficientem universalem habet De-  
um : particularem consuetudinem & industriam humanam.

Arist. lib. 1. Eth. Nicom. c. 13. & lib. 1. Eudem. c. 1.

XXXVI.

Qui igitur virtutes colunt (a) inq; illis colendis perseve-  
rant, ijs etiam in hac vita mortali ante obitum, contra Solonis o-  
pinionem (b) beatitudinem quandam tribuere non dubitamus :  
quæ neq; ea sibus fortunæ, neq; posterorum infortunijs ita potest  
labefactari, prorsus ut aboleatur.

(a) Arist. lib. 10. Eth. Nicom. cap. 8. lib. 2. Eudem. c. 1. Cicero lib. 1.  
de nat. Deor. (b) Herod. in Clio. Sophocl. Oed. tyr. Euripid in An-  
droma. Ovid. 3. Metamorph

XXXVII.

Sequitur quæstio ἑστίν, Quale sit hoc bonum : Dividit Philoso- τὸ ὄν.  
phus (c) τὰ ἀγαθὰ in τίμα honorabilia, in ἐπαινετὰ laudabilia, &  
in ἕδαιεργα neutra sive intermedia.

(c) Arist. lib. 1. Eth. Nicom. c. 12. lib. 1. M. M. c. 2.

XXXVIII.

Non esse bonum hoc ἕδαιεργον per se est manifestum. Eo enim  
nemo abuti potest.

XXXIX.

Non est ex numero laudabilium : quippe in quibus τὰ πρὸς  
τι καὶ ἀναφορὰ relatio ad aliud spectatur. At Bonum nostrum ad  
nullum aliud refertur ; sed potius ad ipsum referuntur omnia.

XL.

Ergò illud τίμιον esse defendimus : referendum nempe in-  
ter divina bona.

XLI.

Circa quæstionem ἑστίν ὄν tenendum, Beatitudinem dupli- τὸ δι' ὄν.  
cem esse : ἑωρτηκὴν aliam, aliam πρᾶκτικὴν.

B

illa



XLII.

Illam secundum mentem, partem hominis principem est; & in usu virtutis maximæ, quæ sapientia dicitur, id est, in contemplatione divinarum atq; cœlestium rerum consistit. Hæc secundum externam & civilem vitam, ex virtutum moralium actione comparatur.

*Arist. lib. 10. Eth. Nicom. c. 6.*

XLIII.

Nobilis hic movetur quæstio: An sapientia conferat ad vitam beatam: & utrum vita Theoretica, an Practica magis probanda.

XLIV.

Ab antiqua Philosophia usq; ad Socratem, numeri motusq; tractabantur, omniumq; ferè vita in contemplatione fuit, & cognitione posita rerum, quam & Deorum vitæ simillimam esse dicebant. Socrates verò primus doctrinam de moribus, de rebus bonis & malis, de cœlo devocatam in urbibus locavit.

*Cic. 5. de Fin. & 5. Tuscul. qq.*

XLV.

Quare cum subactiora ingenia vanitatem plerarumq; speculationum viderent, & Respubl. quasdam sine Philosophis, sine literis, regi; dubitare cœperunt: An adeò necessaria sapientia ad vitam beatam esset.

*Arist. Eth. Nicom. lib. 6. c. 13.*

XLVI.

Quæ quæstio etsi variè & copiosè disputata, hunc tamen finem habitura videtur: plurimum quidem conferre sapientiam, ad vitam civilem rectè instituendam: interim tamen non negligenda esse officia, quæ ad conjunctionem hominum & ad societatem tuendam valent.

*Cicer. lib. 1. Officiorum.*

XLVII.

Hinc enim quia multi, omissa Respubl. suis se tantum literulis involvebant: malè audire doctorum cœpit natio: cum negari non possit; infinita etiam horum deprehendi vitia; sæpè eos Respubl. mirabilibus suis & intricatis consilijs, tortuosisq; ingenijs conturbasse: tranquillitatem animi & sedationem affectuum,

etiam, quam docere & profiteri præsumserant, nequaquam ipsos  
assecutos.

XLVIII.

Quid igitur studia proficiunt? ad quid Philosophiæ incubu-  
isse prodest? Verùm hæc omnia immeritò ipsi Philosophiæ & stu-  
dijs, quæ certorum hominum labes sunt, objici, omnibus pater.  
Nos præclare M. Tullij sententiæ accedimus, quæ ex plurimis Ari-  
stotelis effloruit locis: Philosophiæ quidem præcepta noscenda  
sunt: vivendum autem civiliter.

XLIX.

Illos verò, qui nullo propemodum sibi proposito scopo ac fi-  
ne utili in vita, nullis humanis rebus aut perpensis admodum aut  
probatis, in angulo latent cum suis libellis, nec unquam ex eo pro-  
repunt, ut cum doctis hominibus ulro citroq; conferant & col-  
loquantur; hos jejunos ac tristes litteriones, imò larvas littera-  
rum, efflari & exhibitari jubemus.

XLX.

Ex his de annexa quæstione quid sentiamus, liquere arbi-  
tror. De qua est etiam apud Aristotelem 7. Polit. 6. 2. & 3.

LI.

Atq; hæc de summo bono sive Beatitudine breviter pro feli-  
ci collegij nostri auspicio, allata sunt: Sequenti cum Deo συζυ-  
γισσάμεθα, ad ipsarum virtutum, Beatitudinem hanc con-  
stituentium, *ἑωρῆσαν* progredie-  
mur.



1710. 1711. 1712. 1713. 1714. 1715. 1716. 1717. 1718. 1719. 1720.

1721. 1722. 1723. 1724. 1725. 1726. 1727. 1728. 1729. 1730.

1731. 1732. 1733. 1734. 1735. 1736. 1737. 1738. 1739. 1740.

1741. 1742. 1743. 1744. 1745. 1746. 1747. 1748. 1749. 1750.

1751. 1752. 1753. 1754. 1755. 1756. 1757. 1758. 1759. 1760.

1761. 1762. 1763. 1764. 1765. 1766. 1767. 1768. 1769. 1770.

1771. 1772. 1773. 1774. 1775. 1776. 1777. 1778. 1779. 1780.

1781. 1782. 1783. 1784. 1785. 1786. 1787. 1788. 1789. 1790.

1791. 1792. 1793. 1794. 1795. 1796. 1797. 1798. 1799. 1800.

1801. 1802. 1803. 1804. 1805. 1806. 1807. 1808. 1809. 1810.

1811. 1812. 1813. 1814. 1815. 1816. 1817. 1818. 1819. 1820.

1821. 1822. 1823. 1824. 1825. 1826. 1827. 1828. 1829. 1830.

1831. 1832. 1833. 1834. 1835. 1836. 1837. 1838. 1839. 1840.

1841. 1842. 1843. 1844. 1845. 1846. 1847. 1848. 1849. 1850.

1851. 1852. 1853. 1854. 1855. 1856. 1857. 1858. 1859. 1860.

1861. 1862. 1863. 1864. 1865. 1866. 1867. 1868. 1869. 1870.

1871. 1872. 1873. 1874. 1875. 1876. 1877. 1878. 1879. 1880.

1881. 1882. 1883. 1884. 1885. 1886. 1887. 1888. 1889. 1890.

1891. 1892. 1893. 1894. 1895. 1896. 1897. 1898. 1899. 1900.

1901. 1902. 1903. 1904. 1905. 1906. 1907. 1908. 1909. 1910.

1911. 1912. 1913. 1914. 1915. 1916. 1917. 1918. 1919. 1920.

1921. 1922. 1923. 1924. 1925. 1926. 1927. 1928. 1929. 1930.

1931. 1932. 1933. 1934. 1935. 1936. 1937. 1938. 1939. 1940.

In

Dn

ET



Umg. VI 26

= [Dissertationes  
Theol. Vol. 707]



Sb.

VD 17







Farbkarte #13

B.I.G.

*A caeli terraeq; Dominus felix ac for-*  
*natum esse jubeat.*

76

ONUM ETHICARUM

I M A M,

*De*

O B O N O

LITICO,

primâ Academia Wittebergenfi

*t ac propugnabit*

ET MAGNIFICUS

MINUS, DN.

SZUNIOGH de IES-

LIBER BARO in

ETHIN, &c.

RÆSIDE,

*imo Philosopho*

B O M A R T I N I,

lophiæ Practicæ Profes-

se publico.

*diem 9. Julij.*

WITTEBERGE,

*annis Gormanni Anno M. DC. XIV.*